



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 98. Validus exercitus a Ferdinando contra Mauros conscriptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

riis a Ferdinando contra Mauros, reportatis <sup>secul. XV.</sup>  
 excurrit; denique hortatur Regem, ut <sup>A.C. 1489.</sup>  
 idem sauctum propositum ad felicem exi-  
 tum plene perducere velit. Ultimo Pa-  
 pa ajebat, se confidere in Domino, tandem  
 Regem & Reginam prosperari, ac Christi  
 cultores de hujusmodi spurcissimis Saracenis,  
 prout jam optima principia indicant, trium-  
 phaturos. Porro idem Pontifex nego-  
 tium dedit Abulensi & Legionensi Epis-  
 copo, ut vel ipsimet ex fidelium stipe pecu-  
 niā in expeditionis sumptus expenden-  
 dam cum maxima integritate collige-  
 rent, simulque constituerent quæstores,  
 & ab illis de acceptis rationes repe-  
 rent; demum vero eos, qui in alienos u-  
 sus collectas pecunias converterent, cen-  
 suris perstringere possent.

### §. XCVIII.

*Validus exercitus a Ferdinando contra  
 Mauros conscriptus.*

Hujus Bullæ beneficio Ferdinandus u-  
 tiliter sancteque usus, ex receptis fi- <sup>Mariana de</sup>  
<sup>reb. hist. lib.</sup>  
 delium Eleemosynis validum conscripsit <sup>20. § 25 c 13.</sup>  
 exercitum; quippe delectu habito duo- <sup>Surit. l. 20.</sup>  
 decim equitum, & quinquaginta peditum <sup>c. 81.</sup>  
 millia signo Crucis insignita recense-  
 bat. Nec apparatus magnitudinem bel-  
 li exitus fecellit, nam plurimas urbes suo  
 subjugavit imperio, animumque adjecit

B b 4 ad

**Sæcul. XV.** ad Granatensem civitatem, quam per ob-  
A.C. 1489. siematam obsidionis violentiam tandem  
 expugnare constituit, si juvenis Rex sponte-  
 nam illius ditionem recusaret. Hanc  
 ob rem Ferdinandus, missus Tendilla  
 Comite, Regi Mauro exponi fecit, quod  
 Rex Catholicus nuperi pacti leges inte-  
 græ fide adimplefset, Almeriam, Bastam,  
 & Guidixium urbes expugnasset, necnon  
 compulisset ejus Patruum, ut e regno  
 Granatenſi in Africam secederet, proin  
 æquitati consonum esset, ut ipse vicissim  
 præfati pacti promissis staret, ac Gra-  
 natensem urbem Ferdinandō redderet;  
 si Regis petito annueret, subjunxit lega-  
 tus, Ferdinandum ei polliceri, quod qua-  
 ter decies centena millia Hispanicorum  
 nummum (\*) in pensionem annuam,  
 idem dare, ac etiam Fandar-  
 xiūm cum omnibus adjacentibus pa-  
 gis pro sede ac domicilio donare, eo-  
 gunque proventus, unde vitam sustenta-  
 get, cedere velit. Rex adolescens primo  
 ad acceptandas Ferdinandi conditiones  
 propensum exhibebat animum: ast suo-  
 rum Procerum metu abterritus, Ferdi-  
 nandum ambiguo responso diffinuit; nec  
 tamen

(\*) In eorum idiomate vocatur Maravedis,  
 quæ est Moneta cuprea, & alicujus Franci  
 monage ſimilis quintam partem in ſuo valore  
 deponit.

tamen vanus erat Regis timor; Optima- Sæcul. XV.  
tes enim juveni, si urbem, regni sui ca- A.C. 1489.  
put, Hispano traderet, libertatis, ipsius-  
que vitae jacturam comminati sunt; in-  
terim Ferdinandus, postquam omnia in-  
cassum experiebatur, aperto bello, toto-  
que armorum apparatu Granatam obfi-  
dere decrevit.

§. XCIX.

*Reconciliatio inter Sueciæ Reginam  
& Stenonem a Pontifice  
tentata.*

Sub idem serme tempus ingens diffi-  
dium de dominio arcis munitissimæ,  
cui nomen Orobæ, inter Dorotheam Sue-  
ciæ ac Norvegiæ Reginam, & inter Ste-  
nonem Sture horum Regnorum Guber-  
natorem recruduit. Hæc erat vidua  
Christierni I. Sueciæ Regis, qui die vi-  
gesima secunda Maji Anno millesimo  
quadragecentesimo octogesimo primo fa-  
tis functus est. Itaque summus Pontifex  
ut horum animos conciliaret, die sexta  
Julii edidit Bullam Lundensi & Ufsalen-  
si Archiepiscopis, necnon Roschildenſi &  
Strengenensi Praefulibus inscriptam, qui-  
bus injunxit, ut ad dirimendam hanc li-  
tem suam impenderent operam: Cum  
vero eventus horum conatus abluisset,  
tota cauſa ad Sedem Apostolicam de-

B b 5 voluta,